

Q.N.
428,
28.

II h
710

DE

PORTIS COELI

DISSESTIT

VT EVOCATIONI

IN

ILLVSTREM SCHOLAM PORTENSEM

OBSEQVIVM PRAESTET

XXV NOVEMBRIS 10 CCLI

HORA SECUNDA POMERIDIANA

PUBLICE VALE DICTVRVS

M. CHRISTIANVS GODOFREDVS GRABENERVS

SCHOLAE SENATORIAE NOVAE VRBIS AD DRESDAM

HACTENVS RECTOR.

DRESDAE PRAELO JO. GVL. HARPETERI.





Non exterñam modo coeli pulchritudinem, eiusque uarium, quo mortales in hac uita gaudent, usum, mirata est antiquitas, sed ea est etiam in coelum, tanquam in sedem, domiciliumque, deorum, locumque, uirtute eminentibus definitum, quo beati aeuo sempiterno fruantur, intuita. Quid igitur mirum, si coelo quoque portas tribuerit, ac in illis commemorandis multum ingenii significauerit?

Dixit autem PORTAS COELI ea coeli loca, quibus ingrediendi, egrediendique, morem, ac potestatem, coelicolis esse, finxit, operaequae pretium hinc erit, harum portarum situm explorare.

Nimirum solis

Sectus in obliquum lato curuamine limes

Effugit australem, iunctamque aquilonibus, Arcton (a).

In hac solis uia signum cancri lucet.

Hanc ubi contigerit metam Phoebeius axis,

Rursus in humentes sensim delabitur Austros (b).

In altera huius uiae parte fulget capricorni sidus,

Vltra quod prodire nequit, rursusque redire

Incipit ad nostras paullatim Cynikius oras (c).

Secat orbis lacteus

Obliquamque uiam solis, tropicos quoque binos (d),

et

(a) OVIDIVS Metamorph. L. II, u. 130, & 132. (b) BVCHANANVS de

Sphaera L. III, u. 37, sequ.

(c) PALINGENIVS in Zodiaco uitae L. XI,

u. 41, sequ.

(d) PALINGENIVS loc. cit. u. 49, sequ.

et haec orbis lactei loca, quibus secantur tropici, PORTAS COELI uocata esse, auctor est MACROBIVS (e): *Per has portas, inquiens, animae de coelo in terras meare, et de terris in coelum remeare, creduntur.* Ideo hominum una, altera deorum, uocatur. *Hominum cancer,* quia per hunc in inferiora descensus est. *Capricornus deorum,* quia per illum animae in propriae immortalitatis sedem, et in deorum numerum, reuertuntur. Harum portarum memorem HOMERVUM (f) antrum quoddam Nympharum ITHACENSE, duabus ianuis instructum, finxisse, idem MACROBIVS (g) existimat, quarum boea hominibus, meridiana uero solis immortalibus, pateret.

Nullus tamen nego, coeli portarum nomen ad alia quoque coeli loca translatum inueniri. Sic enim uel totum coelum a coeli parte, uel discessum coeli inter fulgurationes a portarum patentium similitudine, dixisse uidetur MARO (h), LEANDRI natatoris tericula canens,

*quem super ingens
Porta tonat coeli, et scopulis illisa reclamat
Aequora.*

Sic non, nisi plagarum mundi interpretationem, admittunt a STATIO memoratae coeli portae ARCTOAE (i), et HESPERIAE (k). Sic utrumque coeli uerticem uocari ab HOMERO, censem PORPHYRIVS (l), cuius sententiam perpolit DACIERIA (m). Sic ISI-

)(2

(e) In Somnium SCIPIONIS L. I. Cap. XII, p. m. 79, sequ. (f) Odyss.
L. N. u. 109, sequ.: Δύω δέ τε ἐι Δίσκου ἔστιν.
Λ. N. u. 109, sequ.: Δύεν πρὸς Βορέαο καταβαται καθεύποισιν,

Αἱ δὲν πρὸς νότον θεώτεραι, εὖδὲ τι κείνη
Ἄνδρες ἐρέχουται, αἵτινες αθανάτων ὅδος ἔστιν.

(g) L. c. p. m. 80. (h) Georg. L. II, u. 260, sequ. (i) Thebaid. L. VII,
u. 35, dicitur MERCVRIVS, in THRACIAM missus,

Arctone lubens cardine portae.

(k) Thebaid. L. X, u. 1:

Obruit Hesperia Phoebum nox bumida porta.

(l) De Antro Nymphaeum. (m) In Commentar. ad HOMERI Odyss.
Tom. II, p. 234, sequ.

ISIDORVS: *Januae coeli*, inquit (n), *duae sunt, orientis et occidens.*
Nam una parte sol procedit, alia se recipit. Ut taceam, orientis, et
occidentis, solis partes in coelo deorum coelestium uias iam OR-
PHEVM (o) appellasse.

Discordant hinc inter se interpretes, qua ratione de diis, *in domum omnipotentis Olympi, sedemque sidereum, conuocatis, tradere potuerit VIRGILIVS* (p):

Considunt tectis bipatentibus.

TVRNEBVS: *Bipatens*, inquit (q), *coelum propter duo hemisphaeria dici potest, superius et inferius.* Sed unde probabit, ab ullo probatae fidei auctore *bipatens* unquam dici, quod superius, atque inferius, rotundatum est? Quum autem pergit: *Quanquam MARO plane, ut existimo, inquiens, tecta bipatentia ab aedium similitudine, quae fo- res habent, quae hinc et inde aperiuntur, scripsit, quum superos in domum conuenisse dixerit, non quidem a sententia SERVII (r), et a forma antiquarum ualuarum, quas *tectis magni tonantis NASO* (s) tribuit, aliena asserit, sed, *bipatentia tecta a bipatentibus portis* probe distingua, existimo. Quamuis enim *bipatens porta* (t) dici possit, cuius utraequae ualuae apertae sunt, *tecta* tamen non, nisi ea, *bipatentia nominanda* uidentur, quae duobus locis patent, seu duabus portis instructa sunt. Memores ergo duarum, quas supra explicui, *portarum coeli VIRGILIANVM illud:**

Considunt tectis bipatentibus,

ita potius interpretetur: *Sedent in tecto, duabus portis instructo, quae utraequae, Curiae Romanae ualuarum more, patent, ante quas, VALERIO MAXIMO teste (u), Tribuni plebis considebant, ut, quae in senatu referrentur, atque uentilarentur, ab iis audiri possent.*

(n) Origin. L. III. Cap. 39. p. m. 28. (o) Conf. ESCHENBACHII Epigenes de poësi ORPHICA, p. 70: Qui

Αυτολίη τε, δύσις τε, Θεῶν ὁδοὶ σπενδεῖνται.

(p) Aeneid. L. X, u. 5. (q) Aduersar. L. XVIII. Cap. 27, p. 123, b. (r) Ad

Aeneid. L. X, 5. (s) Metamorph. L. I, u. 172. (t) Conf. VIRGILII Aeneid. L. II, u. 330. (u) L. II, 2. ex. 7.

Qui uero coeli portas finxerunt, nec earum usum, atque destinacionem, tacuerunt. Canit enim OVIDIVS (x):

*Est uia sublimis, coelo manifesta sereno,
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
Hac iter est Superis ad magni tecta tonantis,
Regalemque domum.
Hic locus est, quem, si uerbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse palatia coeli.*

Auctore STATIO (y), fama fuit,

erumpere Porta

*Coelicolas, si quando domus, littusque, rubentum
Aethiopum, et mensas amor est intrare minores.
Dant flumii, montesque, locum. Tum terra superbit
Gressibus, et paullum respicit coelifer Atlas.*

Addo uerba VIRTVTI, deae speciem referenti, a SILIO ITALICO (z) tributa:

*Degeneres tenebris animas damnavit Auernis.
At, quis aetherii seruatur seminis ortus,
Coeli porta patet.*

Sed ne quid ornamenti et dignationis *coeli portis* deesset, apposuerunt ueteres iisdem custodes, et ianitores. Antiquissimis temporibus HORIS demandatum credebatur hoc officium. Testes eius rei sunt HOMERVS (a), et LVCIANVS (b). His adiunxerunt ROMANI JANVM, qui inde audit

coelestis ianitor aulae (c),

() 3

et

(x) Metamorph. L. I, u. 168, sequ. & 175, sequ. (y) Thebaid. L. V. u. 426. sequ. (z) L. XV, u. 76, sequ. (a) Iliad. Θ. u. 393, sequ:

Πύλαι μύρον ἔρανε, ἀσέχοις Λέσαι,

Της ἐπιτέτρωπται μέγας ἔρανος, ἔλυμπός τε.

(b) De Sacrificiis, p. m. 366: Ἔσιοντι δὲ πρώτον μὲν σικεστιν εἰς Λέσαι,
πυλωρεῖσι γάρ. (c) Conf. OVIDIVS Fastor. L.I, u. 139.

et de officio suo ipse fatetur:

Praesideo foribus coeli cum mitibus Horis,

It, redit, officio Juppiter ipse meo (d).

Hic est celebris ille PATVLCIVS, et CLVSIVS, numen illud coel portas claudens, et aperiens.

Scilicet alterno uoluit rudis illa uetustas

Nomine diuersas significare uices (e).

Notauit quidem TVRNEBVS (f), ab auctoribus, poëtis maxime, *coelum* interdum dici sole, aut aurora, *aperiri*, nocte, ac uespere, *claudi*, sed quis non intelligit, differre inter se *clausum*, et *apertum*, *coelum*, atque *clausae*, et *apertae*, *portae coeli?* Quemadmodum enim illa loquendi ratio dierum, noctiumque, uicissitudines indicat, sic contra haec custodiam coeli adituum respicere uidetur. Tuetur ergo solus JANVS cum HORIS postes coeli.

Sed quaerat forte aliquis, quomodo unicus JANVS adeo dissitis duabus portis coeli tuendis sufficiat? Nec habeo, quae respondam, nisi bifrons JANVS id effecturus uideri possit, quod unius frontis custos praestare nequit. Certe eandem ob caussam *utriusque ianuae coelestis potens* dicitur a MACROBIO (g). Quum autem plures HORAE sint, diuisam illis utriusque coeli portae custodiam tribuere licebit, quae ab ipso HOMERO (h) ambabus coeli portis praeficiuntur, et ab OVIDIO (i) traduntur a dextra, laeuae que, Phoebi

positae spatiis aequalibus Horae.

Quae quum ita sint, modo prorsus insolito, diuinoque miraculo, portae coeli deabus exeuntibus patuisse memorantur ab HOMERO (k), haecque ad augendam maiestatem diuinorum numinum, sedis-

(d) OVIDIVS loc. cit. u. 125, sequ. (e) OVIDIVS loc. cit. u. 129, sequ. (f)

Aduersar. L. XVIII. Cap. 27. p. 123. (g) Saturnal. L. I. Cap. 8. p. m. 282.

(h) Iliad. E.u.749. (i) Metamorph. L. II.u.25, sequ. (k) Iliad. Θ.u.393:

Αυτορωται δε πύλαι μύκον δραγες.

sedisque coelestis, ab eodem fingi, docte animaduerit EVSTA-
THIVS (1).

At de causa eiusmodi fingendarum portarum coeli non con-
uenit inter interpretes. SERVIVS (m), et EVSTATIHS (n),
quae de coeli portis dicuntur, nubibus accommodant. Alio tamen
loco idem EVSTATIHS (o) portas coeli excogitatas coniicit, ne
coelum, palatio assimilatum, aditu careret, suaque sententiae sub-
scriptorem habet BARTHIVM (p). DACIERIA (q) uero, et PO-
PIVS (r), portarum coeli commemorationem loquendi formulis,
orientis terrarum incolis familiaribus, annumerant. Sed quum poë-
tae, quoties harum portarum mentionem iniiciunt, nec plures huius
generis formulas adhibeant, nec in caassis rerum naturalium expli-
candis occupati sint, sed potius historicos, rerumque in palatio deo-
rum gestarum enarratores, agant, in BARTHII potissimum senten-
tiam discedendum esse, uidetur, nisi quis coeli portas fingendi occa-
sionem inde a temporibus JACOBI, eiusque proficiscentis somnio
memorabili (s), repetere malit.

Haec

(l) Tom. III. p. 1283, §. 65: "Ηχησαν καὶ πολυχθόνιαν ἐξερσαῖς τῇ Ἡρᾳ καὶ
τῇ Ἀθηνᾷ - Ορα δέ, σπῶς τὸ ἔμπον ἐπὶ βοὺς κυρίως κείμενον, ἐπὶ^{τούλης} ἀπε τῆς διὰ τὴν σύγχρονην αἱμογονήν ηχητικῆς, καὶ οἷον μυκητικῆς,
ἐνοματοποιοῦν, καὶ ἐκ τῆς παρακλεθεῖτος ἥχης πυλῶν τε μέγεθος καὶ
τερεότητος δηλῶν, καὶ ἀντίξην αὐτῶν. §. 67 p. 1284. Τὸ δὲ αὐτόματον
αὐτὶ τῆς μίνας, αἵφεαταν, δίχα πυλωρῖν, ὡς ἐὰν ἦσαν αἰθητικαὶ.

(m) Ad Georgie, L. III. u. 261: Porta coeli, aér nubibus plenus, per quem
iter in coelum est. (n) Loc. cit. p. 1284: Αἱ Ομηρικοὶ αὐται πύλαι τέ φη
ἔσοι βερντύδην μυκητικάν ποτε αἰθηταί. (o) Loc. cit. Ακόλεθον δὲ πάν-
τως, ιτὸν ἐν Ὁλύμπῳ ἄπεις πλαστάμενον, καὶ πύλας αὐτοῖς τελμῆσαι
εἰπεῖν. (p) Ad Thebaid. L. V. n. 426: Dominus, limina, portas, et nescio
quid non, coelo suo poëtico iam olim donauit fabricator HOMERVS.

(q) In Commentar. ad HOMERI Iliad. Tom. I. p. 248: Homere dit les
portes du Ciel pour dire l'entrée du Ciel, comme les Hebreux ont dit les
portes de la terre pour les bouts de la terre, l'entrée de la terre. Jerem. XV,
7. (r) In Comment. ad HOMERI Iliad. Vol. II. p. 53: This Expression of
the Gates of Heaven is in the Eastern manner, where they said the Gates
of Heaven, or of Earth, for the entrance, or extremities, of Heaven, or Earth.

(s) Gen. XXVIII, 17.

QK Th 910

X 337 3141

Haec de coeli portis dissero euocatus, ut munus suscipiam
Conrectoris in ILLVSTRI SCHOLA PORTENSI, ex illo
enata monasterio, quod olim PORTA COELI appellatum est (t),
et in quod sequentes uersus exstant (u):

Quod si Porta, Poli Portam te dixerit VDO,
Aptius haud unquam nomen APOLLO daret.
Namque Poli Porta es certissima, Porta Salutis
Unica, dum CHRISTIVM pectore, et ore, doces.

V D 18
Possem, si liberet, disquirere, in quantum scholae bene constitutae
coeli portis essent assimilanda. Sed magis placet, ILLVSTREM
PORTAM talem experiri, quam lusibus ingenii inter scribendum
indulgere. Quod autem ut experiar, de munere decedendum est
prius, quod ante decem fere annos AMPLISSIMVS CIVITATIS
DRESDENSIS SENATVS mihi quam benignissime demandauit.
Sensi cum EIVS patrocinio mite praesidium PRAESVLVM SA-
CRORVM DRESDENSIVM tam arte coniunctum, ut non sine
summa animi commotione eius recordari ualeam. Licebit ergo per
optimos quosque mihi discussuro memoris tot beneficiorum animi
indictum facere publice, et cum hoc coniungere laudes diuinae pro-
uidentiae, gratiaeque REGIS AVGVSTISSIMI, et PROCERVUM,
nouo muneri me admouentium. Fiet hoc VII. Calendas Decembres,
post horam secundam pomeridianam, e cathedra scholastica, praemissa
oratione,

DE PRODIGIO PORTARVM SVA SPONTE PATENTIVM.
Quem actum ut sua ornent praesentia honorifcentissima PROCE-
RES, quibus munus nouum, et alia beneficia, debo, MAGNIFI-
CVS SCHOLARVM DRESDENSIVM EPHORVS, CONSUL-
TISSIMVS SENATVS, quin omnes, qui mihi, et Musis, patroci-
nantur, et fauent, ea, qua par est, reuerentia contendeo! Perscripsi
in Schola nouae urbis ad Dresdam, die XIII. Calendas

Decembres, 10 ec l.i.

(t) Conf. Illustris GLAFFEIVS im Kern der Geschichte des Hausses Sachsen, p. m. 48.

(u) Conf. BERTVCHII Chronicorum Portense per SCHAMELIVM, p. 58.





DE
TIS COELI

DISSERIT

EVOCATIONI

IN

REM SCHOLAM
ORTENSEM

VIVM PRAESTET

O V E M B R I S 8 I O C C L I

S E C V N D A P O M E R I D I A N A

F B L I C E V A L E D I C T V R V S

G O D O F R E D V S G R A B E N E R V S
T O R I A E N O V A E V R B I S A D D R E S D A M
H A C T E N V S R E C T O R .

R A E L O J O . G V I L . H A R P E T E R L .

